


Christian Woldenberg Johannes Schönheit

Disputatio Politico-Iuridica De Legatis Et Legationibus,

Rostochi[i]: Kilius, 1665

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74937635X>

Druck Freier  Zugang





V. K. — 2 (141.)

DISPUTATIO
POLITICO-JURIDICA
DE

LEGATIS ET
LEGATIO-
NIBUS,

Quam

PRÆSIDE

CHRISTIANO VVOLDENBERGIO,

Phil. J. U. D. Decretal. P. P. & Ducalis
Consistorii Assessore,

Ad diem 2. Decembr. in Auditorio Magno

Publico eruditorum examini

subjicit

JOHANNES Schönheit

Hamburgensis, LL. Studiosus.



ROSTOCHI,

Typis JOHANNIS KILII, Academiae Typogr.

Anno c13 13 c LXV.

DISPUTATIO
POLITICO-JURIDICA
DE
LEGATIS ET
LEGATIONIBUS

PRÆSIDII
CHRISTIANO VON DERBERGII
Phil. & D. Doctoris P. & Ducalis
Consistorii Altorfensis
Ad hunc locum in Auditorio Magno

JOHANNES GÖTTWILHELM
Rostocki
Typographus

IIPOOIMION:

De Origine, Dignitate & Utilitate Legatorum.



*L*egati qua antiquitatem, qua dignitatem cum animo, tanquam exquisitâ mentis trutinâ perpendo: nulla serè in totâ Politicâ, ac Jurisprudenciâ melior, fructuosior & dignior materia reperiri potest. Vide Alberic. Gentil. lib. 1. de Legat. c. 20. Quod si velim multis ex antiquitate petitis exemplis probatum ire, innumera mihi assutura esse certò certius sperarem. Quippe originem Historicorum calculo, acceptum fert Belo, 2. Assyriorum Regi, qui primus duos Legatos, quorum alter verba faceret, alter rem ita se habere testaretur, amandavit. Heider. ex Isidor. lib. 4. Berofus lib. 5. p. 35. Cujus origo quis est quem fugit? Patrem habuit Nimbrotum, Assyriorum regem, avum Chus, proavum Chamum Noachi filium natu minorem. Imperium adeptus est A. M. 1844. ante Christum N. 2123. Assyriorum regno 57. Lucid. Samotheus de Emendat. tempor. p. m. 81. Legationes insuper tempore Moysis in usu fuisse, Legatorum, quos ad alios ablegavit, satis

A 2

supera

superq; loquuntur expeditiones. Num. 20. v. 14. Jus igitur illud, quod Gentium omnium aut multarum voluntate vim obligandi accepit, jus Legationum induxit. Dignitatem praeterea qui eloqui, & oratione vestire satagat, eum Nestoream & Ciceroneam eloquentiam cum lacte materno imbuisse oporteat. Tanta enim est illius amplitudo ac ubertas, utilitas ac necessitas, quantum vix ac ne vix quidem dicendo comprehendendi, nedum dignè laudibus efferrì queat. Sine his enim nec bellum inchoatur, nec pax confirmatur (quod & in hac Provincia jamjam notamus & observamus, cui rei ex L. un. C. de caduc. tollend. acclamamus feliciter: O utinam, quod belli calamitas induxit, hoc pacis lenitas in totum sopiat) nec ullum Reipublica negotium feliciter consummatur: sine his nec matrimonia Principum, gratulationes, consolationes ritè administrantur & perficiuntur. Hinc non immeritò Veterum monitu, Principum aures, & Rerumpublicarum oculi salutantur: Ex his enim de ipsis Regibus, Principibus, & Civitatibus iudicium fieri consuevit: quod in praesentibus respectu Regis Christianissimi, & Serenissimorum nostrorum Principum Legatis planum sit. Quemadmodum itaque η Πολιτική κοινωνία πλεον Ἰασιωσίων δεύται: i. e. Civilis societas multis Praefectis opus habet: Aristot. lib. 4. Polit. c. 15. Ita praecipuè Legatorum (intellige piorum, quibus conscientia à dextris, virtutum corona à sinistris astant) operà mutuà indiget. Hi enim sub primariâ Reipublica constituenda parte comprehenduntur. Sunt autem tres: η Βουλὴ, η Αρχή, καὶ τὰ Δικαστήρια i. e. Senatus, Magistratus, & Judicia, quarum prima, cujus pars Legatus, τὸ κύριον τὸ πλεον δ. lib. 4. Polit. c. 14. baud absrenominatur. Hic in partem curarum adhibetur, & quae illi domè sapienter excogitarunt; foras re bene deliberata expedit, ac procurat. Ubi octo, unâ alterâve interjectâ lineâ, quae in de liberationem sint vocanda, recenset: Περὶ πολέμου καὶ ἐπιλύσεως καὶ Συμ-

καὶ Συμμαχίας καὶ Διαλύσεως; καὶ περὶ νόμων: καὶ περὶ θανάτου,
καὶ Φυγῆς, καὶ δηλώσεως, καὶ τῶν ὅλων. i. e. De bello ac pa-
ce: De Societate & Fœderibus: Et de morte & Exilio: & pu-
blicatione honorum, & de rationibus referendis. Quæ nume-
ro minori quinario videlicet lib. 1. Rhetor. c. 4. hunc in
sensum reiterat: 1. Περὶ πῦρων. 2. Περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης.
3. Περὶ Φυλακῆς τῶν χώρων. 4. Περὶ τῶν εἰσαγομένων καὶ ἐξαγο-
μένων. 5. Περὶ νομοθεσίας. i. e. 1. De pecuniis parandis, & ve-
tigalibus. 2. De Bello ac Pace. 3. De Custodiâ regionis. 4. De
iis quæ importantur & exportantur, & 5. de Legibus. Quo-
rum priori non tantum ea, quæ emptionis & venditionis con-
tractum ingrediuntur, sed etiam τὰ χημέα, omnia negotia
civilia, quibus causa subest, & quæ aut nomen habent, aut non
habent complectitur, ac comprehendit. Joach. Stephani in
demonstrat. Polit. c. 27. p. 352. Ex quo deinde, cum nemo
rebus suis semper interesse potuit, vicaria amicorum fides sup-
posita est, ut commune commodum mutuis officiis gubernaretur.
Hinc mandati officium emanavit, legationes ad externos
susceptæ, omnis generis pacta inita, & firmata sunt. Quæ
cum ita sint, non immeritò hanc nobilem, & illustrem de Le-
gato & Legationibus, ex quibus salus & interitus Reipub. pro-
pendet, materiam nobis delegimus, publica disquisitioni eam
subjecturi. Quod ut felix & faustum sit:

Adsis Christe mihi, regasq; linguam
Quò dicat bona, vera; Falsa ubique
Elimet, tibi bonos erit perennis.

THESIS I.

Legatus à legando, vel legendo nomen sortitus est.
Græci variis nominibus eundem efferunt. Vocatur enim Græcis: 1. Πρεσβίτη, s. Πρεσβυτήρ. 2. Ἄγγελος.
3. Κήρυξ. 4. Διάκονος. Latinis. 1. Orator. 2.

A 3

Caduce-

Caduceator. 3. Fecialis. 4. Interpres. 5. & quidem barbarè Ambasiator.

Ἐκθεσις.

Philosophorum Scholis edocti, illorum placita merito nobis instar cynosuræ in quibusvis actibus ob oculos ponenda esse censemus. Hæc enim secuti, facile omnium errorum, qui nonnunquam mentes nostras obfuscare solent, labyrinthos prævertiti effugiemus. Ordimur itaque cum iisdem ὀνομασολογίαν, priusquam nos πραγμασολογίαν immergamus, familiare habentes illud Aristotelis lib. de interpretat. c. 1. §. 1. Τὰ ἐν τῇ Φωνῇ ἐστὶ τὸ ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων Σύμβολα. Quocirca brevibus Etymologiam, & Synonymiam ex classicorum autorum monumentis eruemus. Legatum à legando dictum esse, nemo facile contradicet, à modò autem mittendi, verbo legere originem debere extra controversiam similiter esse puto. Solent enim optimi quivis cum eruditione, cum longo rerum usu alios post se relinquentes à Regibus, & Principibus eligi, quibus onus illud demandetur. Non enim sunt putea negotia, non quemvis admittunt, Viros πολυλόπους οἱ πολλῶν ἄστα ἴδον, ἐγνωσιν, sibi volunt, & exoptant. Multum proinde risum mihi debent illi, qui forte, quâ nihil incertius, nihil iniquius, illos deligi optimum esse præscribunt. Audiant hi Aristotelm lib. 2. Rhetor. c. 28. facile ad meliorem frugem redibunt, nostræ sententiæ subscribendo. Verba ejus hæc sunt: Τὰς κληρωτὰς ἀρχαὶν ὁμοίον, ὡσπερ εἰς ἑὸν ἀθλητὰς κληροῖν, μὴ οἱ ἀνδιώωνται ἀγωνίζεσθαι ἀλλ' οἱ ἀνλάχουσιν. Ἡ τὸ πλωτῆραν ὄν ἵνα δὲ κυβερτᾶν κληρωσταιν ὡς δέον τὸ λαχόντα, ἀλλὰ μὴ τὸν ὀπιτάωρον. Idem expressè dicit, lib. 4. Polit. c. 15. Καὶ χορηγοὶ καὶ κήρυκες αἰρῶνται καὶ πρεσβυτάι: i. e. Chorum Duces ac Magistri, & Praecones eliguntur, & Legati. Non autem nos fugit quæ apud Tacitum lib. 4. & Livium lib. 44, edit. Heinsii p. m. 626. de sorte discrepantur.

Atque hæc de Etymologiâ in antecessum dicta sunt: Paucis jam πολώνυμα, i. ἰσοδωαμῆντα Legati expendamus. Diximus in θ. quod Græcis vocatur (1) Πρέσβεις i. πρεσβυτῆς, ἀπὸ τὸ πρεσβεύειν: i. e. in

i. e. in honore & pretio esse: à quo tamen honore excluditur, si fueri
ἄδωρος, κυκλώρορ, χειμάρρας, χωράδα, ζυρφεπς, ἀηδης,
Ἀλκίνα δπόλογ, ἀχάλινον σόμα, de quo Euripides dicit: ἀχα-
λίνων σμάτων, ἀνόματ' ἀφροσωας τὸ τέλ. δυσυχία. Vide Joa-
chim. Camerar. in utriusque linguae commentar. p. 190, & 191. (2) Ἀγγελ
apud Hom. Iliad. κ. v. 285,

Σπείομοι ὡς ὅτι παρὲ ἀμ' ἕσσωο τυδεὶ Δίω,

Ἐς θήσας, ὅτι πρὸ Ἀχαιῶν ἄγγελ ἦν.

(3) Κήρυξ. Iliad. α. v. 334. Χαίρετε κήρυκες Διὸς ἄγγελοι

ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν, ad quem versum Didymus, Chalcenteros
ita commentatus est, quæ his apponere non abs te puto. Ἄσπλον γδ,
inquit, καὶ θεῖον τὸ γῶ τ κηρύκων. Ἐρμῆς γδ μιγείς πανδρέσω
τῆ κέκροπ. Ἰουάσει, ἔχεν ἕον ὀνόμαϊ κήρυκα ὡς ἰσπερὶ Πτολεμαῖ.
Ἡ ὅτι πῆς ἑορπῆς τ ἰεῶν, ἀγγέλλουσιν. Ἡ ὅτι δὲ ἑρμῆς εἰσιν ὄντ
ἄγγελα Διὸς. (4) Διάκλιωρ. Iliad. ε. v. 113. Ζεὺς δῶκε Διάκλιωρ
Ἀργειφόντη, & Odys. A. v. 48.

Ἐρμείαν μὲν ἔπειτα Διάκλιωρ Ἀργειφόντιω,

Νῆσον ἐς ὠγγίλιω ὀτρύνομεν.

Latinis præterea dicitur (1) Orator. L. Lege Julia. 7. D. ad L. Jul. de Vi
publ. Virgil. lib. 7. Æneid. (ubi Albericus Gentilis hallucinatus, secun-
dum enim margini affixit)

Centum Oratores augusta ad mœnia Regis.

Item Livio & Plauto: Liv. lib. 2, & 5. Plaut. in Amphib. Prolog. Nam
juste ab justis justus sum Orator datus. (2) Caduceator, à caduceo, sive
ceryceo. L. 8. §. 1. D. de R. D. h. e. baculo habente ab utraque parte duos
serpentes inculptos, invicem implicatos, & se mutuo aspicientes, ge-
minumq; Amaltheæ cornu sustinentes. Quæ omnia sanè fuerunt
Cωθήματα rari quippiam significantia. Mercurius quippe significa-
bat sermonis potestatem, virgæ candor, candorem Ethicam, i. verita-
tem loquentis, & rectitudinem, anguium complexus, pacis & concor-
diæ vinculum. Aliter explicat Suidas, in vocabulo κηρύκειον videli-
cet, quod rectus baculus sit Symbolum rectæ rationis, serpentum spe-
cies adversi exercitus. Amaltheæ deniqve cornu tranquillitatis bona,
& fructus pacis. Quemadmodum autem Legati Græcorum Cerycia:
Ita Ro-

Συνοχη

— 0 —

B

Ica Romanorum, Sagmina & verbenas gestare fuerunt soliti. *Alb. Gentil. lib. 1. c. 18. Plutarch. in Numà. t. 1. p. m. 68. Alb. Gent. lib. 1. c. 12, 13. Plin. lib. 29. c. 3. Salmuth. ad Panciroll. p. 1. t. 58.* (3) *Fecialis*, qui hodie nostris Heraldus audit, estq; ille, qui bellum indicere solet. (4) *Interpres*, & satis commodè, dicitur enim quasi inter partes medius, & hic est *Legatus*, *Matthias Martinus in Lexico Philolog.* Pro Legato similiter adhibuit *Francisc. Pollet Histor. For. Roman. lib. 5. p. 721.* dum ita scribit: Horum opellà egebant Romani ad populorum externorum, & gentium barbararum sermonem interpretandum. Hinc *Virgil. lib. 4. Æneid.*

Nunc etiam *Interpres Divum Jove missus ab ipso,*

Et paulò post: *Interpres Divum fert horrida iussa per auras.*

Nunc specialius ille dicitur *interpres*, qui *Legato* adjungitur, peregrini sermonis interpretandi gratià, Germanicè: *Dolet / oder Dolmetscher.* (5) Vulgo enim *Ambasiator*, quod ferè consonat Gallorum, unde etiam tralatum *Ambassadeur*, quæ vox aliis origine Græca, ἀμβασιαν mittere; aliis Germanica videtur. *Ambascia* enim opera est, ex *Ambacht /* quo Belgæ utuntur pro eo, quod Alemannis *Ampt / officium.* Hispanis, *Embexador.* Germanis, *Gesandten / oder Abge sandten.*

THESIS II.

Legatus sumitur vel impropiè, cum pronuntio, tum eo, qui *Potestatis & Magistratus personam* sustinet, vel propriè pro eo, qui à Principe summo ad Imperatorem, Regem, Principem, vel similem mittitur.

Ἐκθεσις.

Imprudentiæ, extremæq; indicium est ignorantæ pro veris falla admittere, dixit *Musonius: id autem teste Aristotele de Sophist. El. c. 1.* contingit ei, qui non exactè vocabulorum diversas significaciones novit, verba ejus hæc sunt: ὡσαυτὲρ ἔν κἀκεῖ οἱ μὴ δεῖνοι τὰς ψήφους φέρειν, ἕως τῶ ἰπσιμῶνων ἀπαρξέονται, ἢ αὐτὴν ἡρόπων καὶ ἰπὶ τῶ λόγων, οἱ τῶ ὀνομάτων τῶ δὴ ἀμείως ἀπεισι. Nam ut *Justinianus ait: Nov. 44. c. 1. v. & non fingant.* Nihil inter homines sic indubitatum est, ut non possit, licet sit valde iustissimum, sollicitam quendam suscipere

falsipere dubitationem. Quocirca ne decipulis & fallaciis ex vocabuli significatione variâ latebræ quærantur, vocis ambiguae in suas significationes distributionem prius, quam definitionem extruendam esse Aristor. subinnuisse mihi visus est lib. 6. Topic. c. 2. §. 3. *Μάλιστε δ' ἐπιδέχεται τὸ ἴδιον πλεῖν λαμβάνεσθαι τὸ ὁμωνυμίας.* Hujus igitur vestigiis insistens, propriam ab impropiâ significatione discernere volui. Legatum itaque quandoque sumi pro nuncio, sed non quolibet ex saceris passim patet. 2. Cor. 5. v. 20. ad Ephes. 6. v. 20. Alber. Gentil. lib. 1. c. 3. Mittuntur autem vel à Deo ad homines, ut sunt Angeli, Prophetae, Apostoli, quos legatione fungi (ita enim Apostolus loquitur: ὑπερχειρῆς ἐν πρεσβυτέρω) S. S. diserte pronuntiat: vel ab hominibus ad Deum, quod plerumque tamen fit ἐμμέσως, hominibus intervenientibus, quæ d. Gentili sacra dicitur. Ita Legatos misit Rex Ezechias ad Esaiam Prophetam. 2. Reg. 19. v. 2. Josias ad Huldam Prophetissam uxorem Sallumi, ut libri à se reperti personaretur explicationem. 6. 12. v. 13. 14. Usurpatur autem plerumque pro eo, qui minore pompa & splendore ad minorem mittitur. Alb. Gentil. de Legat. lib. 1. c. 1. 2. Diximus præterea non raro eum in Historicis accipi pro illo, qui cum imperio est, Magistratusque personam sustinet, ut in Verrinâ 1. his verbis: Itane vero? Tu cum Quæstor ad exercitum missus sis custos non solum pecuniæ, sed etiam Consulis: particeps omnium rerum, consiliorumque fueris &c. Cui majorem lucem adhuc affundunt. L. un. C. de Offic. Proc. & Leg. Legati, inquit, non solum Civiles, sed etiam criminales causas audiant. Et L. observare. 4. §. posthac. 6. D. eod. Consulem Provinciam ingressum jurisdictionem Legato mandare debere, Ulpianus affirmat. Item Cujac. lib. 7. O. 21. Hi omnes in nostris terris dicuntur Proreges, Vicarii, Residentes, Germanicè Stadthalter. Similiter Cic. ad Att. lib. 1. Ep. 16. Senatus decrevit, ut Consules duo Gallias sortirentur, Delectus haberetur, Legati cum auctoritate mitterentur. Mandata igitur jurisdictione à Proconsule, Legatus habet jurisdictionem contentiosam, & generalem in totâ Provincia. L. 1. §. damus, 3. cum seq. 4. D. de susp. tutor. L. 4. §. fin. & L. seq. D. de Offic. Proc. & Leg. Item mandata Jurisdictione, habet propriam jurisdictionem, & est ordinarius. L. Legati 13. & ib. Gl. D. de Off. Proc. L. cognitio 4. D. de Offic. ejus cui mand. est jurisd. Unde æquiparantur vicarie Episcopi, per Alber.

B

in L so-

Homo
p. 29

in L. solent. 6. in pr. D. de Offic. Procons. Item ante mandatam jurisdictionem à Proconsule, statim quando ingreditur Provinciam, habet jurisdictionem voluntariam. L. apud Proconsulem 17 §. 1. D. de manum vind. Gl. L. 2. D. de Off. Pros. & Leg. Quæ alias cum §. 1. opponi solet, Item non potest Proconsul adimere, & revocare mandatam jurisdictionem Legato, inconsulto Principe. Et ideò dicebat Odofredus, in L. iudicium solvitur. 58. D. de Judic. non habet locum in Legato Proconsulis. Et his de causis cum mysterio est collocatus in D. ex ordine in tractatu ordinariorum. Quidam statuunt Legatum, seu Delegatum, uti interpretes vocitant, jus multas indicendi, aut sufficiendi, aut subdelegandi non habere. Accurs' Bart. Alciat. L. 3. D. de Jurid. Verùm nos statuimus Legatum multas afficere posse, idq; Ulp. scribit. L. aliud 131. §. 1. D. d. V. S. & Justin. L. fin. C. de Sportul. Quoniam jurisdictione sine modicâ coercionem nulla. L. fin. D. de Offic. ejus cui. Is quoque cui mandata est jurisdictione iudicem dare potest, & ἀποξαρτῶς Legatum omnia, quæ ad jurisdictionem pertinent, aditatem posse, L. fin. C. de Offic. ejus qui vicem alicujus Judic. vel Præsidis obtinet. Accipitur etiam pro eo, qui fiduciarium operam obtinet. Caesar. lib. 2. de bello Civ. Ubi Legatus pro vicario, i. e. locum tenente, sumitur: quia redeunte Imp. aut Comite cedere eum oportet. Inde Fiduciarius heres à Jaboleno vocatur, fideicommissarius, in L. Sejus. 46. D. ad SC. Trebell. Budæus in Pand. L. 2. D. de O. J. p. m. 24. lit. D. Legatus militiæ, Germanicè non male, General lieutenant dicitur. Quoniam hic ordo olim fuit castrensis, ut miles Centurionis, Centurio Tribuni, Tribunus Legati, Legatus Consulis, Magister Equitum Dictatoris pareret imperio. Liv. lib. 8. & ex eo Bud. libellorum supplicum Regis Gallie Magister in aureo pand. commentario p. m. 39. Lit. k De hisce autem cum sermo nobis ex proposito non sit, ea, quæ de illo posuimus, sufficere possunt. Noster itaque erit, qui à Principe ἀνοπὸδόνος (ita apud Aristotelem Παμβασίλεύς lib. 3. Polit. c. 14. in quinque Regiæ potestatis speciebus describitur) ad sui similem ablegatur publicorum negotiorum expediendorum causa.

THESIS III.

Legatus est administer publicæ rei conficiendæ, ab eo, qui potestatem legandi habet, ad sui similem sine

sine imperio solenniter sub fide missus, salutis
gratiâ.

Ἐκθεσις.

Modum definiendi quaslibet materias, præsertim, ut opinor, Præ-
cæticæ, egregium ab *Aristot.* Viro, non solum in dicendo, ut *Cic. lib. 4.*
Tuscul. loquitur copioso, sed etiam in Philosophiâ singulari, præscri-
ptum esse videmus, *lib. 1 Rhetor. c. 10. h. m.* Δεῖ νομίαν ἰκανὸς εἶναι
ὁὐ ὄρας ἀν ὡσι περὶ ἐκάστη μῆτι ἀκρίβεις, μῆτι ἰσοφείς: i. e.
Oportet existimare satis esse definitiones, si sint de unoquoque neque
exactæ, neque obscuræ. Quibus nonnullorum futiles de hoc vel illo
admisso, vel omisso *λογμαχίας* ita refellit, ut merito, cum hujusmodi
legerint, subrustico pudore suffundantur. Tantum autem abest, ut
velimus definitiones obscuras, cum meliores haberi possint, admittere,
ut potius exactissimam, prout materiæ ratio tulerit, pro re natâ exhi-
bere allaboremus. Novimus enim quid Aristoteles aibi dicat, scilicet,
6 Top. c. 1. §. 5. Δεῖ γὰρ τὸ ὁρισμόν ὡς ἐνδέχεται σαφεστάτη τῇ
ἐπιμνήσει κεχεῖσθαι, ἐπειδὴ τὸ γνωρίσιον χάριν ἀποδίδοται ὁ ὁρισμὸς:
i. e. Oportet enim definire volentem, quoad ejus fieri potest, oratione
uti maximè perspicuâ, cum definitio eum in finem tradatur, ut es-
sentialia cujusque rei cognosci possit. Exhibemus proinde definitio-
nem, quoad ejus fieri potest, satis exactam, & essentialiam causasq; legati-
onis enodantem, cujus verba brevibus excutiemus. Genus nobis est
Administer (pro quo alii, ut *Kirchnerus in tr. de Legat. c. 1. minus*
autem Latine Mandatarius dicunt) quod quàm appositè ipsi tribua-
tur, Isidor. lib. 10. orig. p. m. 1080. in descriptione ministri indicare vide-
tur. Minister enim est, qui operam suam alicui ut superiori, vel
Domino præbet. Vel ut ille loquitur, minister minor est in statione.
Et Cicero expressis verbis vocabulo administri Legatum innuere videtur,
cùm pro P. Quinctio, tum lib. 3. de Leg. p. m. 461. Ibi: Administri & Satel-
lites sex: Nævii Româ trans Alpes in Sebusianos biduo veniunt; hîc:
Jovi O. M. se Consiliarium atque administram datum. Quinimo ipse
Aristoteles lib. 4. Polit. c. 14. (quem omnes, qui de Legato scripserunt,
odio, an incitiâ nescio, sic eo pede, quasi alium apud eundem silenti-
um, præterierunt) idem ipsi genus, ubi discrimen τῶν ἀρχῶν, καὶ ὑπο-

B 2

μελεσιῶν

μελειῶν ponit, ascribere videtur his verbis: Εἰσὶ δὲ αἱ μὲν Πολι-
τικῆς τῆς Πριμελειῶν; αἱ δὲ ἱεραικῆς; αἱ δὲ οἰκονομικῆς, αἱ δὲ ὑπη-
ρεικῆς, quarum ultima, extra omnem dubitationis aleam legato vin-
dicatur. Nec vox ὑπηρέτης infrequens in hoc sensu in N. Testamen-
to. Deinde differentiae loco ponuntur haec verba: Publicae rei
conficiendae, ut summam rerum consulant. Hoc enim munus esse
Legatorum, docet apud Demosthenem Aeschines de falsa Legat. p. m. 411.
Quibus verbis etiam excluduntur res privatae, quales sunt matrimonii
ineundi, hereditates adeundi, legata prosequendi, exequendi nomina.
Ejusmodi legatio fuit illa Romanorum, quando mortuo Alexandro le-
gatos Tyrum miserunt, qui ab illo pecuniam depositam recuperarent.
Excluduntur similiter his verbis Legationes liberae, de quibus & seq. 1b.
quae plerumque eminentiae, & idcirco specie publicarum res privatas
agunt, suntque similes Procuratori, quem Juri vocant in rem suam. Gl,
L. 14. D. de Legation. Hujusmodi legatione defunctus est Scipio Na-
fica, qui A. V. C. 642. teste Haræo in Fastis p. m. 63. Consul fuit. Adde Gi-
phan. in indice Histor. Legationes liberae olim ornamentum tantum causa
à Senatu impetrabantur: quemadmodum honorarii Magistratus à Prin-
cipibus honestamenti causa conceduntur, tituloque tenuis obeuntur,
& geruntur. Ut hodie Consilarii de Domo: Raths von Hause auf.
Haec ab iis Senatoribus impetrabantur, quibus negotia futura erant in
Provinciis, ut qui hereditates persequi, aut legata, aut qui nomina exi-
gere volebant in Provinciis, legatorum personis acceptis commenda-
biliiores controversias haberent, atque favorabiliores. Quamobrem
L. XII. Tab. id verum erat, his verbis: Rei lux ergo ne quis legatus
esto, Adde Cic. lib. 3. de LL. & ad Attic. lib. 15. ep. 6. Libera etiam man-
data Legatis dari solebant. Liv. lib. 7. Hujusmodi igitur Legatis libera
mandata dabantur de iis rebus, quae aliter decerni, ac constitui, quam in
re praesenti non poterant. Alii autem Legati, qui cum eâ potestate
non mittebantur, omnia Regum, Provinciarum, exterarumque gentium
postulata integra ad Senatum vel rescribebant, vel postulantibus ad eun-
dem rejiciebant. Cic. in XII. Anton. Qui autem liberam legatione abest, non
videretur Reipublicae causam abesse. L. 14. D. de Legation. Adde & Alb.
Gentil. lib. 1. c. 8. Publicas res diximus: ut Foedera, Bellum,
Pacem, omnibus nota. Diversis in locis Cicero privatarum mentio-
nem fa-

nem facit, ac ita perstringit, ut planè sublatas eum illas voluisse luce meridiana clarius constet. Ulterius additum: Ab eo qui potestatem habet: Quibus innuitur causa efficiens, summus videlicet Magistratus nulli astrictus, aut subiectus. Non enim quilibet hoc jus sibi sumere potest, ut privatus, Respublica non libera, impuberes, Fœminæ; Calicendum & calanticam, viriolas, *ψέλλια*, *περίερα* mulier gestet, caduceum & legationis insignia non attrectet. *arg. L. 25. §. ornamenta 10. D. de auro & arg. legat.* quem tit. hæctenus nullus Jctus sine utriusque lingvæ cognitione intellexit. Ubi tamen dissentimus ab Arnifzo. *lib. 2. de Repub. c. 2. n. 91, usque 106.* qui prudentiam & consilium illis denegat. Imò nec Pontifex & Episcopi, nisi quatenus simul secularia jura usurpant. Ad sui similem: scilicet eodem jure, iisdemq; privilegiis gaudentem, ut in Europâ Principes, & Reges. *Münster. in Cosmog. lib. 3.* Solenniter sine imperio, his continetur forma externa legati, ut apparatu splendido & magnifico, non turpi aut ignobili stipatus sit: verum cavendum ne nimio luxu diffluat, & muliebrem ad mollietiam se dimittat. *Heider. in Polit. p. 480,* ubi ita pergit: Ablegare pannis & annis obsitos, & in Diogenis dolio vivere solutos, & Xenocratis caseolum boni consulere assvetos; vel egestatis est indicium, vel *μικρολογίας* signum, vel contemptus argumentum, & ita utrique parti minimè honorificum. Ultimò adjicitur: Salutis gratia: quâ continetur causa finalis, *L. 14. D. de Legation.* ubi enim hæc non intenditur, impia est, & Christiano orbe indigna. Sine imperio: quoniam non penes hos, uti illos de quibus *th. 2.* diximus, & infra pluribus dicitur, est jurisdictio & imperium, unde nec in familiam & comitatum aliter, quàm familiæ disciplina & correctio permittit, animadvertere possunt. *arg. L. 5. §. 6. & L. 6. D. ad L. Aquil.*

THESIS IV.

Legatio duplex est: Una Reipublicæ causa: altera libera. Unde dividitur Legatus ex variis legationum causis in Legatum (1) Belli: (2) Pacis: Et utroque tempore partim Fœderum & Societatis; partim induciarum & comitatum; partim

B 3

Auxilio.

Auxiliorum ferendorum & Transitus munia ex-
equitur.

Ἐκδοσις.

Definitionem excipit divisio, quæ varias ex Historiarum monu-
mentis ab interitu vindicatas species nobis ostendit, ac demonstrat.
(1) Belli: Nam in bello plurima incidunt negotia, quæ nisi per Le-
gatos transigi non possunt. Revocetur saltem in memoriam nupè-
rum tricenale bellum, ejusq; exitus Legatorum interventu obtentus.
Postquam enim bella inter populos certos orta, qui ea hostibus indice-
rent, sibi delegerunt. Hinc Ancus Martius, postquam Numa Pompe-
lius, teste Floro lib. 1. c. 2. & Plutarcho in Numa. 1. p. m. 68. sacra, cere-
monias, omnemq; cultum Deorum docuisset, unâ cum Antecessore
Hostilio militarem disciplinam, indictionesq; per Feciales instituit.
Singulares insuper Romani ceremonias adhibuerunt. Quippe ad fi-
nes hostium delati, capite velato hunc in modum regionem acclama-
runt: Audi Jupiter, audite fines (ubi gentem jam nominabar) audiat
fas, ego sum publicus nuntius Pop. Romani juste, pieq; legatus venio,
verbisq; meis fides sit, quæ omnia pluribus prosequitur. Livius lib. 1. V. C.
114. & Florus exemplo non absimili, lib. 2. c. 6. p. 48. edit. Boxhorn. Ho-
dic eduntur Manifesta, eorumq; Apologia. (2) Pacis, quam ob-
tentum ex balearibus insulis Legati ad Scipionem venerunt. Liv. lib. 22.
& lib. 8. p. 126. Legati Samnitium. Similiter Caesar lib. 3. de bello Ci-
vil p. m. 41. optimo Pacis consilio L. Vibullium Rufum Pompeji Præ-
fectum cum mandatis ad Cn. Pompejum misit. Summa autem man-
datorum hæc erat. Deberet utrumque pertinaciæ finem facere: &
ab armis discedere: satis esse magna utrinque accepta incommoda, quæ
pro disciplinâ & præceptis habere possent, ut reliquos casus time-
rent, &c. Hoc unum esse tempus de pace agendi, dum sibi uterque
confideret, & pares ambo viderentur: Si vero alteri paulum modo tri-
buisset fortuna, non esse usurum conditionibus pacis eum, qui superior
videretur, neque fore æquâ parte contentum, qui se omnia habiturum
confideret. Fœderum, quorum inter Germanos & Albanos de
tergeminis fratribus, nec ætate nec viribus disparibus inter se de Impe-
rio certaturis egregium memoriæ mandavit exemplum: Liv. lib. 1. Hæc
tamen non ita leviter, quemadmodum Hieronymus Rex Syracusanor-
rum fe-

rum fecit, referente Polyb. de Legation. excerpt. s. p. 781. sunt dissolvenda. Ille enim partim propria levitate; partim svasu malorum consiliario- rum legirupa & foedifragus, Eyd-und Bundbrüchich, factus est, secun- dum illud, quod communiter jam factitari contlevit: Qui Foedera rumpit, dicitur, qui servat, eget. Sanius fuit Artabani Parthorum Re- gis, qui foederis reiterandi gratiâ legatos ad Romanos misit. Tac. lib. 6. p. 206. edit. Grotii. Foederis per dona prorogandi exempla, vide i. Reg. 15. v. 18, 19. Societatis: cujus exemplum Hircani exhibuerunt. Item Ariarathes, qui Διὰ πρεσβείων τῶν πρὸς Ῥωμαίους Φιλίαν ἀνε- νεώσατο. Polyb. d. 1. p. 939. Induciarum, quæ sunt cum in breve, & in præsens tempus convenit. ne invicem lacesant. L. 19. §. 1. D. de ca- ptiv. & postlim. rev. Exemplum rursus suppeditat Polybius d. exc. 141. p. 469. οἱ κελεύθηρες, inquit, ἀνοχὰς ποιησάμενοι πρὸς Μάρκον Κλαύδειον τὸ στρατηγὸν τῶν Ῥωμαίων ἐξαπέστειλαν τὰς πρεσβείας εἰς τὸν Ῥώμῳ. Varro: Bellorum ferias, pacem castrorum paucorum dierum, hebdomadam, annorum eas vocat, Virgil. XI. Æneid. pacem sequestram dixit.

Bis tenos pepigère dies: & pace sequestrâ
Per Sylvas Teuctri, mistiq; impune Latini.

Dicuntur autem induciæ, ut quasi viam stenant, & hostes ad pacem in- ducant, Græcis Επεχειρία, quod eo tempore videlicet non pugne- sur, & manus cohibeantur. Terminus induciarum, ultimum diem in- tegrum in se continet. L. 133. D. d. V. S. Vid. H. Grot. de J. B. ac. P. lib. 3. r. 21. n. 4. Commætuum egregium Livius lib. 22. suppeditat in- dicium Syracusanorum, & Polybius de Legat. p. 735. Romanorum, Auxiliorum ferendorum. Rex Antiochus clade à Ptolomæo acceptâ ad fratrem minorem Ptolomæum Alexandriam confugit: par- ticipatoq; cum eo regno Legatos Romam ad Senatum mittunt, auxi- lium petunt. Justin. lib. 34. p. 207. Transitus: quem Batavi quon- dam petentes, Hordronius scripsit Herennio Gallo legionis primæ le- gato, qui Bonnam obtinebat, ut arceret transitu Batavos, se cum exerci- tu tergis eorum hæsurum. Cum vero Batavi castris Bonnensibus pro- pinquarent, præmisere qui dicerent, si nemo obstitere, innoxium iter fore; sin arma occurrant, ferro viam inventuros. Qui enim transi- tum quærant, salvis rebus, agris, fundis, & sartis tectis, citra omnem incolâ.

incolarum & coloniarum iacturam transeant. *Nov. 130. in prefat. & c. 1.* prodesse enim sibi unusquisque dum alii non nocet; non prohibetur. Exemplum insuper exhibet Moyses, qui transiturus, misit nuncios decades ad Regem Edom, qui dicerent: Obsecramus, ut nobis transire liceat per terram tuam. Non ibimus per agros, nec vineas, non bibemus aquas de puteis; sed gradiemur viam publicam, donec transcamus terminos tuos. *Num. 20. v. 14, 17. & c. 1, v. 21, & seqq.* De aliis Legationum speciebus, ut de Legatis temporariis, vulgo Residentibus, Item de Bellico legato, & officiosis Legationibus, *Vide Alb. Gentil. lib. 1. c. 5, 6, 7, & 8.* Legati vel sunt Principum, vel Rerumpublicarum dignitate quidem, non jure Legationis differentes. *Kirchn. lib. 1. s. 2. n. 25.* Sunt etiam vel liberi vel formularii. *Alb. Gentil. lib. 2. c. 3.* Solent etiam Legatus dividi in Ordinarium & Extraordinarium: Ille pro negotiis continuo incidentibus tractandis semper manet; hic super certâ expeditione hæret. Legationes assiduæ moribus antiquis ignoratæ fuerunt. *Vid. Vernul. in suis 3. Polit. lib. 2. t. 5. c. 1.* Ab his Legatis alii sunt Commissarii, qui à Principe ad subditos, Deputati, qui à subditis ad Principem, Agentes, qui absque solemnitate Legatorum mittuntur. *Besold de legat. c. 2. n. 4, 5, 6. Adde Perez. in C. de Legation. n. 2.* Ubi dicit quod Legatio propter officium, negotium, & honorem suscipiatur. Quibus honor adjunctus non erat, sed merum officium *V. L. l. s. 2. D. de Mun. & honor.*

THESIS V.

Non malè etiam Legatus dividitur in Civilem & Canonicum: Ille vel Juridicè, vel Politicè consideratur; hic prout in jure Canonico adumbratur.

Ex Jure.

De priori cum supra hinc inde dictum: saltem pauca quædam de posteriori dicenda restant, præsertim cum Canones & Leges sint fratres, atque sorores, & alteri alteras non dedignentur. *c. 1. X. de nov. op. nunc.* Et h. l. Legatio est ardua quædam Pontificis autoritatem desiderans Provinciam administrandi, Clerico facta commissio. *arg. c. 1. de consuetud. in Extravag. commun. Hostiens. X. de offic. legat.* Et hi Legati sunt vel de latere Papæ, seu Laterales, vel Missi, seu constituti; vel Nati. Laterales dicuntur, quasi sumpti de latere Papæ,

Papæ, cui assidere solent, & sunt Cardinales, qui maximam auctoritatem habent, per *text. in c. 1. de Offic. Legat. in Sext. & c. fundamental. 17. de Elect. in Sext.* Lateralis dicitur, qui de latere Papæ mittitur, etiam si non sit Cardinalis, ut si ejus est Officialis, Capellanus, familiaris, vel etiam extraneus, dummodo ab eo viva vocis oraculo mandatum susceperit, & tetigerit simbriam, vestimenti ejus, ad hoc ut sit privilegiatus, *c. si ergo 16. causa 8. q. 1. c. quod in dubio 3. X. de Consecrat. Eccles.* Utus tamen Curie Romanæ Legatos de latere vocat solos Cardinales, *c. volentes. 8. X. de Offic. Legat. cum Papæ in consiliis. (secundum L. 3. C. de Repud.)* & arduis assistant, *c. venerabili 37. X. de offic. & per: jud. deleg. & consentur pars corporis Papæ. c. 11. §. verum causa. 6. q. 1. arg. L. 5. C. ad L. Jul. Maj. & in locum Senatorum successerunt. c. Ecclesia 7. causa 16. q. 1.* Et hi Legati, ut ipse Papa sunt honorandi, *c. officii. 1. de Offic. Leg. in Sext.* & hodierno Pontifici Alexandro VII. cum Legatus à latere Coloniam Agrippinæ (quæ Juris Italici dicitur esse in Germania inferiore, L. 8. §. 2. D. de Censibus, & sic Corpori Juris inserta) 1645. ingrederetur, solenniter obtingebat. Non tamen habet jus advocandi causas ab inferioribus: *Didac. C. vavru. T. 2. lib. 1. c. 9. p. m. 405. n. 3. Adde quæ habet T. 2. lib. 1. c. 5. n. 2. & c. 4. n. 8.* Constituti, seu missi dicuntur, qui non emanant de latere, sed eis specialiter committitur à Papâ Legationis officium, *c. placuit. 27. causa. 7. q. 1. & c. 1. de offic. Legat. in 8.* qui sunt minoris auctoritatis, *c. volentes 8. X. de offic. Legat.* nil enim possunt extra suam Provinciam, qui à nonnullis Nuntii sedis Apostolicæ appellari consueverunt, *qualis est Madriti, Cartag. de offic. Legat. O. 4. & à Vicario Papæ distinguuntur, cum hic in urbe tantum jurisdictionem habeat. c. pen. X. de offic. Vicar. Paris. de resignat. benefic. lib. 7. q. 13.* Sunt etiam Nuntii, & non judices, quos Papa mittit ad aliquod nudum ministerium, *c. Jus Gentium. q. D. 1. c. nobilissimus 3. D. 97.* Legati nati sunt, qui simul atque promoti ad aliquam Ecclesiam, ipso jure Legati in suâ Provinciâ sunt, quia dignitati eorum annexum est hoc jus Legationis. Talis est in Hispaniâ Toletanus, in Galliâ Archiepiscopus Remensis, de quo in *c. cum Bertholdus 18. X. de Re Jud.* in Angliâ Archiepiscopus Cantuariensis, qui per eminentiam sæpè dicitur in autoribus Episcopus Anglorum, quod sit omnium maximus, *Cujac. c. 2. X. de matrimon. contra E-dict. Eccles. ut & Eboracensis, de quo in c. accepta 3. X. de Restitut. Spoliat.* Pitanus in Italiâ: Gnesnensis in Polonia: Archiepiscopus Nicosiensis

in regno Cypri. Pragensis in Bohemia, Serigonensis in Hungaria: Archiepiscopus Coloniensis in Germania, & olim Magdeburgensis, hodie Salisburgensis. *Nicolaus Boherius de Offic. Legat. n. 11. omnium autem optime Lelius Zeechius de Reputi. Eccles. c. de Statu Illustrissimi Legati, p. m. 71, 72, & seqq.* Et sic minores sunt nuntii, magni nati, maximi laterales, qui excedunt etiam natum in absoluteione excommunicatorum, & quia eo presente, natus insignis suis non utitur. *c. volentes s. X. de Offic. Legat. arg. c. si quis venerit. 2. X. de major. & obed.* Horum Legatorum, quorum tres constituuntur species, potestas multum ab invicem differt. Legatus enim de latere Beneficia vacantia intra Legationem suam conferre potest. *c. dilectus filius 6. X. de Offic. Legat. c. 1. d. 2. n. 5.* quod ipsum se tamen non extendit ad jus Patronatus Laicorum. *Gl. in d. c. dilectus, in verbo, concessione. c. cum dilectus. 28. X. de jure Patron. Roland. à Vall. cons. 46. n. 9, & seqq.* Imò cum omni ordinario & inferiori collatore concurrir, nisi praveniatur. *Card. Tuse. lit. L. concl. 69. n. 3.* Sic & ab irregularitate ac excommunicatione propter manuum injectionem violentarum in Clericos absolvere potest, quod alii Legati, & que ut ipse facere nequeunt. Præterea Legatus de latere omnia, quæ Pontifex agere potest, exceptis iis, quæ in signum singularis Privilegii à Summo Pontifice expediuntur, & sunt de Reservatis: Ut Episcopos de loco ad locum transferre, unam Ecclesiam Cathedralē alteri subicere, duos Episcopatus unire, aut unum in duos dividere. *c. nisi specialis 3. & seq. X. de Off. Leg. quos casus Host. d. 1. n. 3. paululum à me immutatis comprehendit Versibus:*

Restituit Papa, solus deponit & ipse:

Dividit ac unit, tum eximit, atque probat,

Articulos solvit: Synodum cogit generalem,

Mutat, tum transfert: appellat nullus ab ipso.

Omnes hi Legatitiam de Latere, quàm Missi, & Nati, aliis causas committere possunt. *Card. Tuse. lit. L. concl. 65. n. 1. modo sint 20. annorum: c. 41. X. de Offic. & Pot. jud. deleg.*

Liber, mas, gnarus, cui sit mens integra, Fama

Ætas, qui subit, committitur huic bene causa.

Facit *L. à Judice s. C. de judic.* quæ commissio, si citatio præcesserit, durat etiam finitâ Legatione. *c. fin. X. h. t.* De causâ tamen specialiter de-mandatâ à S. Pontifice, cognoscere Legatus non potest. *c. 2. h. t.* Plura de hisce

de hisce videantur D. 94. & 97. per tot. Zechim d. 17. 21. modos recenset, quæ
possit, & 13. quæ non possit, n. 4. & seqq. & quomodo potestas finiatur n. 7.
Morte, Revocatione, tempore, & causa. De quibus alio loco prolixius
agi potest.

THESIS VI.

In Legato attendenda qualitas, eaq; duplex: Externa,
seu corporis; & interna, seu animi. Corporis,
ut pulchritudo; Animi, ut Pietas, Fides, Erudi-
tio, Eloquentia, Lingvarum & Historiarum co-
gnitio, experientia.

Ex Jeros.

Qui non utrisque, imprimis autem posteriori, vel à naturâ, vel arte
donatus fuerit, legationem obire, merito onus humeris suis impar ex-
istimabit. Adde Alberic. Gentil. lib. 3. per tot. & maximè c. 2. 3. 4. Ut de
priori, quæ tamen non adeo attendenda, aliquid dicamus, brevibus nos
expediamus. Pulchrum omne in *εὐταξία καὶ μετρίᾳ* consistit. *Ari-*
stot. lib. 1. de Poët. c. 7. Sit igitur persona, prout Reinhold. *Condit. lib. 1.*
de Fide Polit. c. 13. p. 210. loquitur, membrorum compage bene & ordi-
nate compositâ, valetudine firmâ, staturâ, proeera magis quàm pusilla,
crassitie neque nimîâ, neque obesa. Hæc in corporis habitudine, & con-
formitate membrorum ab animi qualitate separatâ consistit. Cavean-
tur quos Jupiter ipse notavit. Hinc cum Legati Romani inter Nicome-
dem & Prusiam pacem faciendam missi essent, & unus ex iis cicatricibus
multis caput sparsum haberet, alter pedibus æger esset, tertius inge-
nio socors dixit Cato: *Eam legationem nec caput, nec pedes, nec cor*
habere. Liv. lib. 25. Plutarch. in Caton. Kirchner. de Legation. lib. 1. c. 40.
Multi etiam maximopere ætatem, quæ quidem per se nihil affert, (non
attento illo Germanico: *Verstand kommt nicht vor Jahren/ cum tem-*
pus fert omnia. Nov. 39. in præfat.) adeo extollunt, ut juniores repellant.
De J. C. satis est ipsum attigisse annum 18. *L. 57. D. de re jud. facit L. 1. §.*
pueritiam 3. D. de postuland. junctâ §. justæ 5. J. Ex quib. caus. manum non lic.
Et utramque *metam de Ætate Legali, & Canonica Disputationes.* Prius
obtegit Venetorum Legatis ad Fridericum III. missis. Ille enim spreto
altero illo Prov. Germanico: *Das Alter schadet der Thorheit nicht/*
C 2 sapientiam

sapientiam existimavit in barbis, de quibus *Matthaus Tym. in spec. bon. Mag. cent. 1.*

Si prolixa facit Sapientem barba quid obstat.

Barbarus possit quin caper esse Plato:

Quibus sine dubitatione alludit ad illud *Bigoz apud Lucian in Eunuch. Tom. 4. p. 166. dicentis: Εἰ δὲ ἀπὸ πόνων βάρη κρινεσθαι θέας εὐφροσύνης, ἢ τράγον ἀνδραγαθίων περιεργάζωμαι πάντων.*
De altera, quæ majus pondus obtinere videtur, majora spondemus. Quippe hac destituti, meri agyrtæ, bambaliones, ἐτώσια ἀχρεῖας (Zagdiebe/Lebiggänger/quorum magnus numerus est in orbe terrarum) nedum Legati futuri sunt. Præstantem ingenio Legatum esse oportere *Gentil dicit c. 4. Utitur Orator. c. 6. Sermonem teneat ejus, ad quem mittitur. c. 7. Sumus enim surdi omnes in linguis, quas non intelligimus. Cic. lib. 5. Tusc. Nec eum tamen omnium virtutum habitum possidere volumus, hoc enim impossibile, & contra humanitatis sortem: In hac siquidem mortalitate ejusmodi perfectitudo non est speranda, teste sacro Codice: Εκ μέρους δὲ, inquit Paulus 1. Corinthiis 13 v. 9, 10. γνώσκωμεν καὶ ὡς μέρος περιεργάζωμεν, ἕως ἄρα ἔλθῃ τὸ τέλειον, τὸν δὲ ὡς μέρος καταργηθήσεται* i. e. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus, postquam autem advenerit quod perfectum est, tunc quod ex parte est abolebitur. Eas saltem quæ in mentem, intellectum & mores informant, tanquam necessariæ requiritæ exposcimus, & desideramus, ut Pietatem, 1. *Timoth. 4. Ingenium, eruditionem, eloquentiam, lingvarum, & Historiarum cognitionem, experientiam. De Pietate non minus verè quam pie dixit Heider. in Polis. p. m. 408. Legato vel maxime opus est verà & sacrâ pietate, quæ si abest, omnia reliqua bona, quotæcunque tandem nomine censeantur, nihil sunt aliud, quam rejectamenta, quibusquiliæ, σκύβαλα, sordes, pus, sanies, venenum, & aqua stygia, quæ prorinus haulta, juxta Senecam duratur: nec aliter quam gyplum sub humore constringitur, & alligat viscera. Lib. 3. Nat. quest. c. 27. Quandoquidem sine illâ nihil caute suscipi, nihil alacriter geri, nihil feliciter perfici potest. Deinde merito insignitus esse debet expedito ingenii acumine, judicii dexteritate, singulari eruditione, præcipuè in*

discipli-

disciplinis Practicis, in Jurisprudencia, in Historiis. Cui sententia affi-
 pulatur Cicero pro L. Murrana p 477, dum dicit: Magna laus & grata
 hominibus, hominem elaborare in ea scientia, qua sit multis profutura.
 Adde Justin. lib. 38. A. Gell. lib. 17. Linguarum praeterea, ante omnia
 autem illius, ad quem mittitur, cognitionem habeat: Tres ad summum
 cum Ennio perfecte calleat, viginti & duas nemo hodie cum Mithridate
 Evnæ Rege Ponti tenebit Reiner. Reinecc. in Famil. Reg. Pont. Philipp.
 Camer. in hor. subcisiv. Super hæc facundia in primis palmam in legato
 obtinere videtur; Hujus enim praesidio Cyneas Thessalus, ipso Rege
 Pyrrho facente plures Regiones ac urbes, quam armis acquisivit. Nihil
 enim est tam incredibile Ciceroni Paradox 1. quod non dicendo fiat pro-
 babile: nihil tam horridum, quod non splendet oratione, & exco-
 latur. Adde L. 7. C. de Professor. & Med. Historiarum cognitio
 & experientia, partim ex Tacito, partim ex Livio patebunt. A Gen-
 til. lib. 3. c. 8. & 9. De illa ita Livius lib. 1. p. m. 5. Hoc illud est præ-
 cipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis re exempli do-
 cumenta, in illustri posita monumento intueri: inde tibi, tuaq; Rei-
 publicæ quod imitere capias: inde scædum inceptu, scædum exitu quod
 vites: De hac Tacitus lib. 15. Annal. Multa experiendo fieri, quæ legni-
 bus ardua videntur. Lucas de Pennâ in C. 1. de Legat. p. m. 122. (de quo
 illud circumfertur distichon, à Johanne Steuccio factum):

Lucas de Pennâ num sit Pennalis habendus?

Nescio, nomen quod traxerit inde scio.

Quod si veritati consentaneum, cum omnibus bonis & piis aliud ipsi
 nomen optassemus, Viginti requisita, sive virtutes Legati, quas hic
 ascribere non abs re fore puto, recenset (1) Ut gratus & acceptus ei sit,
 ad quem mittitur. (2) Ut fidelis & integræ fidei. (3) Ut Orator & pru-
 dens. (4) Ut justus, (5) Verax, (6) Discretus & doctus. (7) Sobrius,
 adde Marselaer Diss. 17. lib. 1. p. 54. imitaturus Hispanum Legatum, qui
 elusit evacuationis legem osculo potius, quam evisceratione poculi.
 Quippe noluit pocula Camæra & Phidmæia ebibere. (8) Ut arate
 proventus. (9) Ut fortis & laborum tolerans. (10) Ut eloquens & fa-
 cundus. (11) Ut nobilis & amplis honoribus usus. (12) Ut non indi-
 gnus eo, ad quem ablegatur. (13) Ut in verbis & actionibus circumspe-
 ctus. (14) Ut sollicitus & tolers. (15) Corpore bene compositus, non
 talis,

*Ad minimum
 sit Cosmæ*

talis, qualis Persarum Legatus, qui A. 1640. Chilonium intrabat, cujus caput fere nostrum bina exaequabat. (16) Moderatus. (17) Plurimum linguarum gnarus. (18) Moribus gravis. (19) Benignus & jucundus. (20) Auri denique non cupidus. Vide Perez. in C. de legation. lib. 10. r. 63 n. 3. ubi qualitates h. m. describit: verbis quidem dissimilibus, sensu autem eodem: Eliguntur Legati, qui mitti digni sunt, prudentia, probitate, fidelitate, & eloquentia conspicui. Prudentia ab ingenio praestanti est, ut argute & eleganter proponant, respondeant, & solerti judicio agant omnia. Quis Legatus mittendus sit, ex circumstantiis meriendum est, ita ut aliud negotium, alium requirat hominem. Vid. Liv. lib. 2. Comin. lib. 1. c. 13, 14. sic missus S. Chrysoctomus. Histor. Trip. lib. 10. c. 6. Romanus, & Abbas Joci. A. Panorm. lib. 2. n. 11. de Alph. distu. & fact. Singuli ex singulis circumstantiis, omnes felici successu.

THESIS VII.

Officium Legati spectatur & in Legatione, & post Legationem. (1) In Legatione, sit sobrius & temperans. (2) Exponat mandata. (3) Sit animosus & confidens. (4) Fidelis. (5) Non avarus. Post Legationem omnia fideliter ut gesta sunt recenset.

Ex Jeros.

Consideravimus jam Legatum ante legationem, brevibus etiam in, & post eam officium ejus indagabimus. Generaliter Legati officium Francisc. Zypaeus lib. 4. c. 28. perstringit. Dicimus proinde ad specialia accedendo, cum in legatione debere esse Sobrietatis amantem & temperantiae. Temperantia autem vel est animi, vel linguae. De priori in proverbii consuetudinem abiit: siccus animus praestantissimus est. Hic insuper cum sit Rector omnium nostrarum actionum constitutus, multo melius in sicco, tanquam stabili & compactiori, quam in madente, aquoso & diffuente diversorio habitabit. Mich. Piccart. ex Dion. Cass. lib. 51. p. 461. Decad. poster. 1. c. 2. Hinc Crassus victis Mysis Schyrtarum ad se missorum omnia arcana, postquam vino illos inebriarat, consilia explicatus est. Luxuriosa res vinum, dicit,

dicit Salomon Prov. 20. v. 1. & tumultuosa ebrietas, quicumque his de-
clatur, non erit sapiens. Adde manipulos meos Jur. in verbo Ebrietas c. 35.
D. 35. c. 7. & q. d. D. c. 71. causa. 12. q. 2. Angel. in L. 29. C. ad L. Jul. de Adult.
Gl. in L. ult. C. in quib. causis. restit. in integr. non est nec. c. 26. de Jurejur.
De posteriori vix est, quod dicamus, cum nemo non facile animadver-
tere possit, quantum in hujus refrenatione situm sit. Vid. Psal. 120. & Ja-
cob. ep. c. 1. v. 19. & c. 3. v. 3. & seq. Notum est illud Democharis Parrhe-
siastæ apud Senecam lib. 3. de Irâ c. 23. qui, postquam legatione benigne
audita, in hæc desiderat verba: Dicite mihi, facere quid possum, quod
Atheniensibus gratum, ita respondit: Te suspendere. (2) In Legatio-
ne præterea apud Magnates salutatio ejus à quo missus est, præponenda,
commendatione ejus collegarumq; cui dirigitur, appensâ. Et quoni-
am uti in defn. dictum, sollemniter mittuntur. Sollemnitas illa autem
partim in missionis formâ, partim accidentibus s. antiquis ritibus consi-
stet. Braudtlachs. lib. 4. J. P. c. 3. n. 11. Ad formalem solemnitatem per-
tinent mandatum, & mandati literæ fiduciariæ. Exhibere igitur tenetur
Legatus Principis sui scriptum mandatum, quod Ulpianus *πρωτολογια*
εγγραφον, *καὶ ἐγγραφον* dicit, aliàs literæ credentiales s. assertoriae,
Credittess vocantur. Adde L. 5. C. de Jur. Fisc. Sine his Legatus & Pro-
curator non admittitur nec auditur, L. 1. C. de mand. Princ. Gravissi-
mum enim est Legationis negotium, quare cautius ac plenius agendum,
c. ubi periculum. 3. de Elect. in Sext. Kirchn. lib. 1. c. 7. n. 14. De medio
mandati genere vide Gail. lib. 1. de PP. c. 4. n. 30. De licitis & illicitis.
Steph. Jun. Brut. 17. de Vind. tyr. q. 1. Accipit etiam literas instructionis,
Commendationis. Vernul. lib. 2. t. 6. n. 4. Durante legatione, sapius-
cule expleat desiderium Principis literarum missione. Vid. Mars lib. 20
diff. 41. Inde Legationem explicet *πρωτολογία* (sic vocatur Rhetorica
ab apostolo ad Coloss. 2. v. 4. dicente: *Ἰστοῦ ἢ λέγω ἵνα μὴ ἡς ὑ-
μῶς πρωτολογιῶνται ἐν πρωτολογίαις*: Adde Aristot. 1. Rhetor. c. 2. uta-
tur, quo id, quod petit, eo facilius obtineat, & consequatur. Hanc Le-
gationis formam commendat Demosthenes dicens: *Πρωτων ὦν ἀπηγ-
γηλε, δευτερον ὦν ἐπειρο, τριτον ἢ ὦν ποσειδαζε αἰση*. Joachim. Ste-
phan. in Demonstrat. Polit. c. 17. p. 336. Hac peractâ, rationibusq; more
Rhetorum constabilitâ, concludat, colophonem feliciter imponendo.
In respondendo placet verborum brevitâs & gravitas. Kirchn. lib. 2. c. 8.
Nullum

Nullum autem est responsum, quod à postulatis alienum. L. 11. §. 7. D. de
interrog. in jud. fac. L. 27. D. de reb. dub. (3) Sit animosus, non ti-
midus & meticulosus, non sit autem *ἄφορος*, ein Wage-
halb/Keckerm. in manud. ad Stud. Philos. Pr. class. 4. p. 23. Qui seipsum
temerarie in pericula conjiciat. Metus enim referente Tacito, exerci-
tam quoque eloquentiam debilitat. Tac. lib. 3. Annal. (4) Sit Fidelis:
Sicut enim frigus nivis in die messis: Ita Legatus fidelis ei, qui miserit
illum animam ejus requiescere facit, Prov. 25. v. 13. Fidelis Legatus est
sanitas Reipublicæ. Adde c. 13. v. 17. (5) Non sit avarus. Mu-
nera enim facile sapientum oculos excæcant. Demosthenes celebris
alioquin Orator, hoc vitio etiam fuit inquinatus, habuit manus piceatas,
nec sibi à Milesiorum donis temperavit. Hinc postquam primâ vice
elegantè & solerter Milesiorum Legatorum petita rejecisset, postridie
pecuniâ corruptus, multâ lanâ collum cervicisque circumvolvitur, di-
cens se *Ἐν ἀγγύλιον*, i. e. anginam pati, & contra Milesios loqui non
posse. Cui unus ex populo respondit, non *Ἐν ἀγγύλιον* sed *ἀργύριον*
ἔγγύλιον, i. e. argentanginam pati, quod corruptus auro obmutuisset.
Gell. lib. 11. c. 9. Q. Curt. l. 2. Quantum autem ad Xenia attinet, vetus illud
proverbium juris locum invenit: *ἔτι πέντε, ἔτι πέντε ἔτι ὅρα*
πέντε. L. 6. D. de Offic. Proc. & Legat. Pecunia enim ad necessitatem
quæ Keckerm. ein Mehryffenning / & pecunia ad decus & honorem, est
Chryffenning / non est prohibita. Vid. Magir. in Polymnem. in voce Xenia.
Post legationem tandem reversus, omnia quæcunque fuerint, quo ve-
modo gesta, candidè, dilucidè, nihil addendo, vel imminuendo referat,
ac enarrat. Non imitetur Morvillerium Ludovici XI. Regis Gallia-
rum Cancellarium, qui ad Carolum, Burgundiæ Ducem missus plura re-
tulit, quàm in mandatis habuit, teste Philipp. Cominéo. l. 2. p. 333.
quem unâ cum Frossardo Schleidanus latinitate donavit. Merito à
Carolo V. correptus Cancellarius Heldius in Comitibus Augustanis, qui
in scio Cæsare dixit: Cæsarem universæ potius Germaniæ flammam,
quàm Catholicæ religionis interitum videre. Omnes igitur affectus
domet, sibiq; summopere caveat, ne quid irâ, studio, vel indignatione
recenseat. Platonis sententiam animadvertat. lib. 12. de LL. pr. dicentis:
Si Legatus aut Præco falsò, quæ sibi commissa sunt, nuntiârit, dicendave
tacuerit: vel rursus ab hostibus, amicisque rediens, quæ ab illis ac-
cepit,

cepit, aliter, quam acceperit, retulisse reperiatur, quasi Mercurii Jovisque
mandata, legilationesque contra legem contemserit, in Judicium de-
feratur.

THESIS VIII.

Legatus cum omnibus suis, quos secum vehit, comi-
tibus, indemnis & securus est ab omnium hosti-
um insultibus; nec non Privilegiis utitur singu-
laribus,

Ex Jure.

Hactenus in Legati officium inquisivimus, jam ipsa privilegia,
immunitates & jura, quibus præ cæteris gaudet, explorabimus. De illis
Cic. Verrinã. 1. p. m. 104 dicit: Nomen Legati ejusmodi esse debet, quod
non modo inter sociorum jura, sed etiam inter hostium tela incolume
verfatur: Et in Orat. de Harusp. resp. p. 610. Jus Legationis humano,
divinoque vallatum est præsidio. Adde L. 4. C. de Commercio & Mercator.
Inde procul dubio antiquissimum illud proverbium resultat: Legatus
neque caditur, neque violatur. L. 3. D. de R. D. Qui enim Legatum
violat, contra Jus fecisse præsumebatur; siquidem ipsæ legationes,
uti in præf. diximus, ex J. G. cum populi diffundi, & Imperiis conti-
neri ceperunt, originem traxerunt. Unde consequitur, non nisi in
Majestate jus Legationis reperiri. Besold. class. 1. Disp. 3. §. 32 Kirchn. lib. 1.
c. 3. Hæc insuper immunitas apud gentes, nationes, in quibus vel
mica rectæ rationis, ut loquitur Heiderus System. polit. p. 509. & hu-
manitatis reliqua, semper in usu fuit. Sunt sancti, etiam si Legati hosti-
um sint. L. 17. D. de Legation. Wesenb. in 2. & Schleiff. Et Dionysio Hali-
sarnassæo sacrosancta dicuntur Legatorum corpora. Unde Legatos
pullans L. Julia de vi publ. tenetur. L. 7. D. de Vi publ. An autem Le-
gati eorum, qui nostros violarunt, iterum violandi? A. c. 35. de R. J. in S.
c. 38. ib. c. 14. X. de Usur. L. fin. §. 3. D. de eo per quem fact. L. 36. D. d. Dol.
11. D. Quod quinque. R. J. Ratub. 1594. Pichl. §. 17. Quæ licet omnibus
probata, juribus & consuetudinibus fundata, sæpius tamen exolevisse,
& antiquata esse pluribus Historiarum monumenta abundè testantur.
Ex multis paucorum enumerationi acquiescimus. Notum itaque Ty-
rios Alexandri M. Legatos ex alto præcipitasse, dum eos ad pacem com-
pelleret, Curtius l. 4 p. 92. Et Lacedæmonios Darii Legatos in puteum
conje-

conjecisse. *Herod. lib. 7. p. 424.* Similiter Achilles Dioloscoridem, & Serapionem Cæsaris Legatos cum in conspectum ejus venissent, priusquam eos audiret, aut cujus rei causâ missi essent, cognosceret, corripit, ac interfici jussit. Ovo à proceribus Ungariae Rex electus, Henrici 3. Imp. Legatos pacis faciendæ causâ missos contra J. G. violavit. *Sturc. de Imper. Germ. c. 38. n. 21.* Cum Rehabeamus Adoram Quæstorem suum ad Israëlitas placandos mitteret, universus populus illum lapidibus ad mortem usque cruciavit. *1. Reg. 12. v. 8.* Quâ foeditate omnes fere superavit Helena Russorum Regina, cum Rex Pruthenorum ejus nuptias peteret. *Bodin. lib. 5.* Nec minore crudelitate Sybaritæ in Crotoniatis, qui nimirum 30. interfecerunt, ulli sunt. *Athenæus lib. 12. c. 6. p. m. s. 1.* Verum parvo interjecto tempore fere omnes, qui Legatos violarunt, pœnas & Deo & hominibus gravissimas dederunt. Apud Sybaritas tum temporis spectrum cholerae in foro evomens vnum, & in sacello Junonis fons sanguinis erupit, qui deletionis & interitus certissimum fuit signum. David nihilominus totam fere gentem Ammonitarum excidit, propter ignominiam, quæ Legatos suos affecerunt. *2. Reg. 10. v. 7.* Et A. Cornelius Coss. Lartem Tolumnium Regem Veientum, cujus jussu Fidenates Romanorum Legatos interfecerant, in acie prostravit, & caput ejus abscidit. *Verba Livii lib. 4.* hæc sunt: Hicine est, inquit, ruptor foederis humani, violatorq; gentium juris? Jam ego hanc mactatam victimam, si modo sancti quidquam Dii intertis esse volunt, Legatorum manibus dabo. Hæc Legatorum violatio Corinthum solo æquavit. *Cic. pro L. Manil. p. 338.* Tarentum in servitutem redegit. Illyricis bellum conflavit, Tyrum Alexandro expugnare iussit. *Val. M. lib. 2. c. 2. n. 5. Flor. epit. 20.* Svidas super hæc refert, Lacones pestilentiam confictatos, quod Xerxis Persarum Regis Legatos urbe expulissent. Hoc fuit jus omnium gentium, & nationum, ut diximus, adversus Legatorum violatores, de quo *Cic. lib. n. in Verrem. p. 75. ubi vide.* Nec immerito illis privilegiis gaudent, siquidem terrâ, mariq; tam in pace, quam in bello, & tam domi, quam militiae multis generibus mortis periculo expositi sunt. *L. 35. §. 4. D. de mort. causâ donat. l. 3. §. 2. D. de incend. ruin. naufrag. Vid. Liv. lib. 19.* Legatus tribunorum insidits interceptus, præterquam quod toto corpore laceratus, nam quoque auribusq; decisis exangvis est relictus. Sic Haman tulit servos David, rasitq; dimidiam partem barbæ eorum, & præscidit velles eorum, me-

rum, medias usque adnates, & dimisit eos. 2. Sam. 10. v. 4. 1. Paralip. 19.
v. 12. Adde Reiner Reinecc. in Chron. Schlawor. Philipp. Camerar. in hor.
Subisf. cent. 2. c. 40. De reliquis privilegijs, tandem ut aliquid dica-
mus, ordo monet. Non autem multum veteres privilegijs tribuisse ex
LL. XII. rabb. patet; Cic. 3. de LL. p. 454. Privilegia ne irroganto.
Verum cum ea jam sit indoles humana, ut amor patriæ, ardor rei bene-
gerendæ tot inter difficultates facile refrigerant & elanguescant, nisi
præmiis invitentur, & alantur. Accirco Magistratus cum alios, qui be-
nè rem administrarent, beneficijs maectarent, hos præterire, & honora-
rijs fraudare non potuerunt. Sunt autem, ut brevibus rem absolvamus.
(1) Immunitas iudicii, Legatus enim, quamdiu munere suo fun-
gitur, iudicii aleam subire non cogitur, s. quod idem est, non potest in
jus vocari, sicut & omnes qui Reipubl. causâ absunt. Domum enim
revocandi jus habent, nec possunt durante legatione conveniri. L. 2. §. 4.
D. de iudic. Sic Senatus Rom. Antistii adversus Cæsarem accusatio-
nem rejecit, nefas ducens eum, qui Reipubl. causâ abesset, absentem de
capite fortunisq; omnibus periclitari. Sueton. in Cæs. Simile de Dola-
bellâ refert. Cic. Verr. 2. p. 145. De omni autem contractu, quem tem-
pore legationis Legatus iniit, subire iudicium debet, ne aut Legatis po-
testas detur res alienas domum auferendi, prout Julianus ratiocinatur in
L. 25. D. de iudic. aut quoniam, quæ est Pauli ratio, nemo facile cum iis-
dem contrahere velit, L. 24. §. 5. D. de minor. & quodammodo com-
mercio eis indicatur. L. 11. D. ad SC. Vellejan. L. 12. D. de admin. tut. De
ante gesto autem non conveniuntur. L. 3. D. de Legat. Nec in rem actio
adversus Legatum datur. L. 24. & seqq. D. de iudic. L. 33. D. de Donat. Ad-
de Alb. Gentil. lib. 2. c. 16. Covarruv. T. 2. l. 1. c. 5. p. 393. n. 2. Legatus
suspectam dicens hæreditatem, etiam legationis tempore cogitur su-
scipere iudicium, L. 30. D. ad SC. Trebell. nec tamen additur cautela, si
differre velit, donec domum redeat, quoniam Legatorum munus est per-
sonale. L. 18. §. 12. D. de muner. & honor. Legatus Provincialis Romæ
jurare non compellitur. L. tutor. 35. §. 2. D. de iurejur. Nam autem
quamdiu ibi legatione fungitur suas actiones movere possit? Vid. H. de
Sverin. repet. lect. jur. c. 16. Interim Legatione fungens apud extraneos
testamentum facere potest. L. qui à latronibus. 13. §. 1. D. de Testam. Le-
gatus, qui Romæ compromisit, cogitur coram arbitro litigare. L. non
distinguemus. 32. §. 9. D. de Rec. qui arbit. rec. Item si Romæ constituit

se soluturum, conveniri potest. L. 1. §. 1. D. de Constit. pecun. Legati
 Principum inferiorum, si arrestentur, aut aliis injuria afficiantur, an
 mandata sine clausula auffs die 4. scilicet decernantur? Vid. VVehner. in O. Pr.
 & in R. I. de 1654. §. Benedenst. 105. (2) Vacatio munerum
 civilium. Is enim, qui Legatione functus, ad alia publica munera
 intra biennium compelli non potest, ut Antoninus & Severus constitu-
 runt. L. 3. 7. & 8. D. de Legat. L. 12. D. de Vacat. & excus. mun. (3)
 Retentio libertatis. Legatus enim etsi dudum absit, tamen
 jura Civitatis facta tecta retinet. (4) Exquisiteffimorum ho-
 norum acquisitio. Ubi enim te bene confecta domum redie-
 runt, variis præconis, coronis lacris ex oleis excepiantur. Imo lo-
 cus, dignitates, Orchestra, Laucia, Græc. λαύτεια a Quæstoribus illis
 olim concessa, mortuis statua erecta. Cic. Philipp 9. p. m. 902. L. 2 §. 43.
 D. de O. 3. uti Aquilio Gallo JCo factum. Ulpianus in enarrat. Orat.
 Demoth. De falsâ legatione p. 355. ait: Legatos Athenientium rever-
 sos, semper vocatos ad cœnam, consuetudine quâdam ἡμῶν χάρις.
 (5) Impensarum restitutio. Tantum de Legato. Plura qui
 scire gestit, consulat illos, qui integros tractatus scripserunt, ut Mar-
 selaer, Paschalius, Albericum Gentilem, Karchnerum, Varsevicium,
 Grotium in tit. J. B. ac P. & alios J. P. Scriptores passim; Schützen,
 & Limazum, Arumzum, Balileentes, Besolaum, & Heider. in
 suis Polit. & alios quamplurimos, qui singulatum Dis-
 sertationes ea de re ediderunt.


COROLLARIA.

1. Jus Canonicum Juri Civili præferendum.
2. Doctor Juris Canonici præferendus est Doctori Ju-
ris Civilis.
3. Liber secundus Decretalium est latifundium omni-
um Practicorum, unde eodem nullus Processista
carere potuit in totâ Europâ, quocunque nomine
veniat.

4. Pon-

4. Pontifex Romanus meliori ratione usurpat titulum Episcopi Universalis, quam nostrates titulos militares, uti Generalis, & Generalissimus Superintendens: proinde in Angliâ, Daniâ, Norvvegiâ, & Sveciâ Episcoporum tituli jure meritoq; retenti sunt.
5. Multùm quidem in jure de privatis agitur præjudiciis. Sed nihil de publicis, quæ tamen maximi sunt momenti, & sessionum materiam comprehendunt.
6. Ordo alius est cognitionum, alius Processus.
7. Legati ex delictis in legatione commissis conveniuntur.
8. Actio Injuriarum Civilis ex L. Corneliâ competens perpetua est.
9. Non omnes possunt esse Advocati.
10. Magna est inter Procuratorem & Advocatum differentia.
11. Probatio fit vel per manum mortuam, vel vivam, s. artificialiter, & inartificialiter.
12. Principes & Status Imperii jus Legationis habent.
13. Speculatoribus Jus Gentium minimè patrocinator.
14. Definitiones Decreti, & Decretalium non sunt confundendæ.
15. Proœmium Decretalium est Index, norma, & censura omnium Decretalium epistolarum, imò dignum, ut memoriæ infigatur.
16. Omnia Capitula in Volumine Decreti contenta sunt canonizata.
17. A Legatione nemo se excusare potest.
18. Unus plures Legationes quandoque subire potest.
19. Inter paleas Decreti, & Decretalium magna est differentia.


20. Ratione juris Lubecensis nemo Senatorum legationem repudiare potest. *Statut. Lubec. lib. 1. c. 1. a. 10.*
21. Peregrini quandoque mitti possunt Legati.
22. Legato quandoque sine literis, quas *fiduciaz* appellant, creditur.
23. Hostium Legatos licitum est intercipere.
24. Legatis salaria ex publico assignanda.
25. Virginem, quam quis vivente uxore suâ impra-
verat, mortuâ eâ, salvâ conscientia, salvoq; jure,
uxorem ducere potest.
26. Ex duabus diverso tempore desponsatis & impra-
gnatis, prior à Sponso erit ducenda.


EX Gallis Legatus adest, pia foedera pangit,
 atque Ducum summi dexteritate Viri.
 Quilibet hinc sperat faustissima: publica pacta est
 Pax optat mecum maximus atque minor.
 Interea SCHONHEIT Legati munia ponis,
 Et juvat hinc studiis consuluisse tuis.
 Macte isthoc studio Legati munere dignum
 Te quondam reddat constituatq; DEUS.

Hisce Eximii atque Eruditi Juvenis conatibus faustis-
 simis felicia acclamare voluit

P R A E S E S

Sonnet.


 Er nach der Tugend Ziel mit vollem Segel rennt/
 Und einzig dahin strebt/das er mög prächtig sisen/
 Im grünen Lorbeer Kranz hoch auff Parnassus
 Spizen/
 Den hebet Fama hoch biß an das Firmament/
 Die Themis ruffet nach das kluge Volk ihn kennt
 Wil sein Gemüth und Sinn zu steten Fleiß erhitzen.
 Fortuna seyret nicht/läßt auch von oben blißen

Den

Der recht-verdienten Lohn/ der wie ein Fackel brenn't.
So wiltu gleichfals auch (in dem die güldne Beute/
Von oben schon herab dir zeigt Apollo heute)
Mein Brüderlicher Freund/ erjagen Ehr und Preis/
Drum du heut treibest auf in Tugend Kampf zu ringen.
Wollan! O Bruder mein/ Ich rühme deinen Fleiß/
Und wünsche Dir viel Glück/ GOTT laß es dir gelingen.
Seinem Brüderlichen Freunde zu Ehren setzte dieses
Johann Tiedeman/ Vöda Bremensis.

1.
Nicht das übergrosse Prangen/
Nicht ein gold-besetztes Kleid/
Noch des Leibes Zierlichkeit/
Nicht die rothgefarbten Wangen:
Nicht das beugen oder bücken/
Nicht das Pfauen-stolze schmücken/
Kan auch der geringste Schein
Von der wahren Schönheit seyn.

2.
Dich der Tugend stets ergeben
Die uns an des Himmels Zelt
Auch den Sternen zugeselt:
Nur nach hohem Wissen streben/
Lieben was man ehrlich nennet/
Uben was die Weißheit kennet/
Das ist Schönheit; Das ist wuß
Was man hoch erheben soll.

3.
Zwar die schönen Angesichter
(O wie Unrecht!) ziehen wir
Des Gemüthes Schönheit für.
Auch der ungerechte Richter
Paris / sprach / der Eris Gaben
Muß allein die Venus haben/

Als sie lockte seinen Sinn
Mit der Nymphen Königin.
4. Aber Paris / wie? dein wählen
Traff dennoch die Schönste nicht/
O Verbuhlter! dein Gericht
War ein weitgefähltes fählen.
So du wilt die Wahrheit wissen
Hättestu mit fuge müssen
Pallas geben diesen Gold/
Der gehört des Apfels Gold.

5. Drumb so weichet nur zusammen
Venus und du Helena/
Weiche Sohn der Hecuba/
Dämpffen kan euch eure Flammen
Pallas die da Weißheit liebet/
Und die wahre Schönheit giebet/
Die uns auff dem Helikon
Kränzet mit der Lorbeer Kron.

6. Das auch eben so gezieret
Mit der Pallas Schönheit sey/
Mein Herr Schönheit / schreib ich frey/
Selbsten hat ers außgeföhret?
Dann dieweil nach Tugend streben
Uns nur kan die Schönheit geben/
Siehet man ick in der That
Wer den Nahmen Schönheit hat.


Auf dienstlicher Schuldigkeit hat mit diesem wenigen seinem
vertraulichen und nach der wahren Schönheit stre-
benden Freunde / zu dessen Vorhaben glückwün-
schend aufsetzen wollen

Georgius Niemeter / An-
drez mont, Grubenhag.



40. Wolfart, de infanticidio doloso ejusque speciebus.
41. Woelger, iudex in propria causa.
42. Wollius, de ΑΔΕΙΣΙΑ ΔΙΔΑΧΜΟΝΙΑ • Harzi. Antonini.
43. Wolpmann, de uerba in dote testamenti conjugum
reciproci secundum jura germanica et spec. fec. statuta
Hamburgens.
44. Junius, de custodiis sepulchrorum apud romanos.
45. Paestus, de carnifici fama non laborante.
46. Paestus, de clericis juris perito.
47. Paestus, bonus instituta, bonus jurista.
48. Schiffer, de collisione putativa legum divinarum
et civilium de maderamine inculpatas tutelae agen-
tium.
49. Schragius, de potentate magistratum et officiorum.
50. Schroeter, de adoptionibus jure civili et moribus
germaniae usitatis.
51. Schroeter, de praerogativa post. statut. praer legiti-
ma, usque computatione et bonis feudilibus noviter ac-
qui filis.
52. Carrach, de reatu non omnem dignitatem excludente.
53. Plect, de peccati occasione praescribenda.
54. Pacy, de juris prudentia emendationem religionis
reformata.

55. *Secr.* si quis in peneturi maledixerit.
56. *Secr.* de legitimo juramentorum usu.
57. Philippo, de legitimatione per falsq. matrim.
58. Pichnhuber, de jure laeyonorum.
59. Plato, de appellatione prohibitiua.
60. Presmann, de transactionibus inutilibus.
61. Pönnies, de procuratoribus.
62. Plugge, ad l. unic. C. uti possidetis.
63. Wallenberg, de infamia et infamibus, seu de his, qui no-
tantur infamia.





Perstringat, rodar, qui nil nisi pro
Qui sapit, estq; bonus, non r
Tu felix JEGERE; animum cui
JAPETIONIDES de meliore
Felix, dum delubra DICES, sacræ
Introgressi, vulgo non remor
Felix, qui vigili studio impallescere
Clarus haves, Themidos discu
Laudo tuos misus, Juris certamina
Quæ, DUCTORE, subis, No
Laudo inquam juris docta hæc serui
Nobilius multum clarus ab are
Si porrò ad Themidos, tam strenu
Iveris ad sanctæ castra beata D
Jurasso EUNOMIE, si non tibi nub
Quam mihi, quam cunctis; t

LAURENTII
Ph. J. U. D.
Collegii Philo

In Famam & Infam

Πολλοὶ φημί σοι κλέει: καὶ ἀδελφεὶ
Δηλαυγῶς μισέεις βροτοὶ, τὰ ἀπίστα
ἔπιτε αἰὼν ἔχουσι, κακὸν κλέει ἔοσι
Τένεος: σέρει κλέει, κακὸν ἔνομοι Φ
ἐνθα καὶ ἐνθα ἐκὼν ἀέκων ἀχρηστοὶ
Ζῆν γὰρ κακῶς κλύουσι σοὶ ἄν
ἢ ἡς περὶ μᾶ μὴ κακὴ πεφυκ

F 2

LIUD

